

Per olivas designantur nobiles.

Exo. 26. 28.

septem oleum transmittitur, quo adeo splendide nutriantur, foveanturque? Certè hinc inde candelabro adstant duæ olivæ, quæ oleum, & splendorem ministrabant. Et duæ Olivæ super illud, una à dextris lampadum, & una à sinistris ejus. Binis hisce olivis designari duos filios olei, Angelus Zachariæ interpretis ostendit: Isti sunt duo filii olei. Vel juxta Aquilæ, & Theodotionis translationem; duo filii splendoris & claritatis: id est, duo viri splendidi, & clari; nobilissimi nempe cum intuitu, ni me fallo, ad illud Exod. 35. 28. Principes obtulerunt oleum ad luminaria concinnanda. Præterquam quod Oliva, utpote generosa, & nobilis arbor, imperioque digna symbolum in sacris litteris extat virorum nobilissimorum. Judi. 9. 8. Jerem. 11. 16. Osee 14. 7. ad Rom. 11. 24. Ecce tibi quos sibi eligat Deus, ut Ecclesiæ sint splendori & nutrimento; Principes videlicet nobilitate, beneficentiâ, & pietate conspicui: quibus Christiana Republica nobilis, & splendida apparet, egregiaque potitur sanctitate, quæ omnium animos in admirationem, & venerationem facillè rapiat. Verè itaque fomenta luminis & claritatis subministrantur Ecclesiæ à pia nobilitate.

SECTIO XXVIII.

Perfectus homo, totus interior debet esse cordis homo, qui Deum habeat interna sua gloria inspectorem, & laudatorem.

Christi ac Deiparæ gloria interna vel ab utriusque conceptione.

Iob. 28. 18.

867 Non dubium, quin tota Christi ac Deiparæ gloria ab utriusque Conceptione fuerit interna, planè soli Deo pervia; cordis homines extitisse aio, absconditos scilicet, abstrusos, & recessus amatores. Interna eorum bona, quæque exterius fulgebant, ab interna, & spirituali gloria promanabant. Quod probat illa translatio: Ego ex corde Altissimi prodivi. Ex cordis recessu prodeuntes tanquam filii, non nisi cordis recessum amaverunt: hinc illud Job. 28. 18. Trahitur sapientia de occultis. Abscondita est ab oculis omnium viventium. Ex eo quod Sapientia Dei incarnata de occultis trahatur, abscondita dicitur omnium oculis; abscondita & abstrusa ejus bona. Isaias verò luculentius de Christo prædicans cap. 45. 15. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel salvator. Vatablus legit: Verè tu es Deus regens te. Alii verò, abscondens te, vel Deus absconsonis. Hac de causa thesauro abscondito in agro assimilatur Christus Matth. 13. 44. & sæpè Paulus scribit, thesauros sapientiæ & scientiæ Dei absconditos esse in Christo. Ad Deiparam Virginem illa spectant Davidica verba Pf. 44. 14. Omnis gloria ejus filia Regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Sanctus Hieronymus & multalii transferunt; Omnis gloria filia Regis intrinsecus. Id est, universa Mariæ gloriâ, velâ sui Conceptus instanti, interior est, & spiritualis, aut ab hac quidem oritur. Non illa extrarios quærit aut ornatus, aut oculos; uni mundatur Sponso, unus viri oculis comitur, ornatur, & colitur; satis se laudatam, cultam, & formosam habet, si uni placeat viro; ut hinc planè doceamur, perfectum hominem totum interiorem debere esse, cordis hominem, qui internæ suæ gloriæ unum Deum habeat spectatorem, & laudatorem.

Pf. 44. 14.

868 Sed iterum rationis trutinæ commendo Davidica verba pro Ecclesiæ gloria, quæ tunc perfecta esse dicitur, eum ad Christi, ac Deiparæ similitudinem componitur. Omnis gloria ejus filia Regis ab intus, aut intrinsecus; latet nimirum, asservatur; provenit, aut promanat; ut suus relinquatur externis virtutis operibus locus, quæ ab interna interioris hominis gloria debent oriri. Sanctus Hieronymus in Epist. 140. legit; Omnis gloria filia Regis à cogitationibus; nempe ipsiusmet Reginæ, quæ in cordis recessu, omnem suam gloriam occultando, augere semper molitur. Didymus in Catena Græca Danielis Barbari ita explicat: Porro Rex cogitationum justorum est Dominus. Christus non exterius, sed interius secundum interiorem hominem regnat. Unde salvator ipse: Regnum meum non est de hoc mundo. non enim sensibus, sed spiritu regnat; intus vero dicuntur cogitationes, quia videri nequeunt. Commendari putat omnino interiorem hominem, hominem scilicet cordis, à quo exeunt cogitationes, Matth. 15. 19. Et ubi Christus regnat inspector, & laudator operum nostrorum. Hanc esse omnem Ecclesiæ gloriam, id est, excellentissimam, perfectissimam, & potissimam, purpureus canit Vates. Quò spectat S. Nysseni translatio Orat. 2. contra Eunomium: Omnis gloria ejus filia Regis ab intus, in aureis intellectibus occulto resurgens ornata. Occulto, inquit, non oculis exposito: in aureis, hoc est, potissimis intellectibus, cogitationibus, & consiliis, quæ eò contendunt omnia, ut uni sponso JESUS intrus sit gloriosa, non hominibus. Pulchrè quidem Sanctus Basilius in illum Psalium. Qui enim se probe adornat ei, qui videt in occulto, nempe Patri, supplexque eum orat, nihilque non molitur boni operis, non ut spectetur ab hominibus, sed ut solius Dei oculis mereatur innoscere, hic gloriam omnem perinde ac filia Regis condidit intus. Vera itaque ac solida ea gloria est, quæ Deum & spectatorem, & laudatorem, in conscientia habet: humanam laudem exterius si habeat; si non habeat, nihil curat, nihil movetur: à Deo solo laudem, & gloriam ambit interior cordis homo.

S. Ambros.

869 Peregrina ad rem nostram sunt Sancti Petri verba 1. Epist. cap. 3. vers. 4. Qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Certè cordis hominem vocat, quem nos cordatum dixerimus; vel potius absconditum, ut explicat, id est, interiorem, recessus amatorem, humani plausus contemptorem. Tertio illum epitheto insignit; quieti, & modesti spiritus. Sanctus Hieronymus 1. contra Jovianum: mitis, & silentis spiritus. Syrus Interpres; humilis. Quarto; in conspectu Dei locuples. Græcè πολυτης, pretiosus, sumptuosus, magnificus, splendidus; uti Pagninus, Arias Montanus, Erasmus, & Tigurini reddunt. Videlicet ille apud Deum in pretio est, ille in honore & gloria habetur, qui cum re vera locuples apud Deum sit, cordis tamen homo est, absconditus, modesto, silenti, & humili spiritu existit, neque extrarius inanem hominum gloriam aucupatur. Audiendus Sanctus Ambrosius in Epist. 2. libri 4. premens Petri verba ita sapienter: Pulchrè cordis hominem dixit; eò quod totius sapientiæ sit absconditus, sicut ipsa sapientia, que non videtur, sed intelligitur. Interior cordis homo, totus sapientiæ est, plenus gratia, plenus decoris. In incorruptione, inquit,

868 Sed iterum rationis trutinæ commendo Davidica verba pro Ecclesiæ gloria, quæ tunc perfecta esse dicitur, eum ad Christi, ac Deiparæ similitudinem componitur. Omnis gloria ejus filia Regis ab intus, aut intrinsecus; latet nimirum, asservatur; provenit, aut promanat; ut suus relinquatur externis virtutis operibus locus, quæ ab interna interioris hominis gloria debent oriri. Sanctus Hieronymus in Epist. 140. legit; Omnis gloria filia Regis à cogitationibus; nempe ipsiusmet Reginæ, quæ in cordis recessu, omnem suam gloriam occultando, augere semper molitur. Didymus in Catena Græca Danielis Barbari ita explicat: Porro Rex cogitationum justorum est Dominus. Christus non exterius, sed interius secundum interiorem hominem regnat. Unde salvator ipse: Regnum meum non est de hoc mundo. non enim sensibus, sed spiritu regnat; intus vero dicuntur cogitationes, quia videri nequeunt. Commendari putat omnino interiorem hominem, hominem scilicet cordis, à quo exeunt cogitationes, Matth. 15. 19. Et ubi Christus regnat inspector, & laudator operum nostrorum. Hanc esse omnem Ecclesiæ gloriam, id est, excellentissimam, perfectissimam, & potissimam, purpureus canit Vates. Quò spectat S. Nysseni translatio Orat. 2. contra Eunomium: Omnis gloria ejus filia Regis ab intus, in aureis intellectibus occulto resurgens ornata. Occulto, inquit, non oculis exposito: in aureis, hoc est, potissimis intellectibus, cogitationibus, & consiliis, quæ eò contendunt omnia, ut uni sponso JESUS intrus sit gloriosa, non hominibus. Pulchrè quidem Sanctus Basilius in illum Psalium. Qui enim se probe adornat ei, qui videt in occulto, nempe Patri, supplexque eum orat, nihilque non molitur boni operis, non ut spectetur ab hominibus, sed ut solius Dei oculis mereatur innoscere, hic gloriam omnem perinde ac filia Regis condidit intus. Vera itaque ac solida ea gloria est, quæ Deum & spectatorem, & laudatorem, in conscientia habet: humanam laudem exterius si habeat; si non habeat, nihil curat, nihil movetur: à Deo solo laudem, & gloriam ambit interior cordis homo.

869 Peregrina ad rem nostram sunt Sancti Petri verba 1. Epist. cap. 3. vers. 4. Qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Certè cordis hominem vocat, quem nos cordatum dixerimus; vel potius absconditum, ut explicat, id est, interiorem, recessus amatorem, humani plausus contemptorem. Tertio illum epitheto insignit; quieti, & modesti spiritus. Sanctus Hieronymus 1. contra Jovianum: mitis, & silentis spiritus. Syrus Interpres; humilis. Quarto; in conspectu Dei locuples. Græcè πολυτης, pretiosus, sumptuosus, magnificus, splendidus; uti Pagninus, Arias Montanus, Erasmus, & Tigurini reddunt. Videlicet ille apud Deum in pretio est, ille in honore & gloria habetur, qui cum re vera locuples apud Deum sit, cordis tamen homo est, absconditus, modesto, silenti, & humili spiritu existit, neque extrarius inanem hominum gloriam aucupatur. Audiendus Sanctus Ambrosius in Epist. 2. libri 4. premens Petri verba ita sapienter: Pulchrè cordis hominem dixit; eò quod totius sapientiæ sit absconditus, sicut ipsa sapientia, que non videtur, sed intelligitur. Interior cordis homo, totus sapientiæ est, plenus gratia, plenus decoris. In incorruptione, inquit,

869 Peregrina ad rem nostram sunt Sancti Petri verba 1. Epist. cap. 3. vers. 4. Qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Certè cordis hominem vocat, quem nos cordatum dixerimus; vel potius absconditum, ut explicat, id est, interiorem, recessus amatorem, humani plausus contemptorem. Tertio illum epitheto insignit; quieti, & modesti spiritus. Sanctus Hieronymus 1. contra Jovianum: mitis, & silentis spiritus. Syrus Interpres; humilis. Quarto; in conspectu Dei locuples. Græcè πολυτης, pretiosus, sumptuosus, magnificus, splendidus; uti Pagninus, Arias Montanus, Erasmus, & Tigurini reddunt. Videlicet ille apud Deum in pretio est, ille in honore & gloria habetur, qui cum re vera locuples apud Deum sit, cordis tamen homo est, absconditus, modesto, silenti, & humili spiritu existit, neque extrarius inanem hominum gloriam aucupatur. Audiendus Sanctus Ambrosius in Epist. 2. libri 4. premens Petri verba ita sapienter: Pulchrè cordis hominem dixit; eò quod totius sapientiæ sit absconditus, sicut ipsa sapientia, que non videtur, sed intelligitur. Interior cordis homo, totus sapientiæ est, plenus gratia, plenus decoris. In incorruptione, inquit,

inquit,

Genes. 1. 26.

Imago Dei ad solum hominis animam spectat.

Origen.

In Singulis hominibus duplex homo, foris homo, & cordis homo.

S. Basili.

Cur Deus omnia opera sua laudavit: non vero hominem.

S. Ambros.

inquit, quieti, & modesti spiritus, qui est ante Deum dives. Verè dives, qui in conspectu Dei potest dives videri; in cuius conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est. Sed solum illum Deus divitem novit, qui non opum, sed virtutum fructus recondat.

870 Genes. 1. 26. deliberans Deus de opere præstantissimo perpetrando; de homine, inquam, producendo, aiebat: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Quid, quæso, eâ hominis appellatione debet intelligi? Corporisne humani figmentum, an potius ipsa anima rationalis, an utrumque simul? Porro imaginem Dei ad solum hominis animum pertinere, non verò ad corpus, perspicuè docent Ecclesiæ Doctores; qui prouide statuant, deliberationem illam de hominis productione, ad animum spectare, quem cordis hominem, interiorem, & absconditum appellant, & Dei imaginem & similitudinem in se exprimit propter cognitionem, amorem, & cultum ipsius Dei: quem corpus figmentum Dei imaginem continet; neque factus etiam corporalis homo dicitur, sed plasmatus. Is autem, qui ad imaginem Dei factus est, interior homo noster, est invisibilis & incorruptus, atque immortalis. Verba Origenis sunt Hom. 1. in Genesim. Sed disertè admodum, & ad rem nostram appositè Sanctus Basilius in Hom. 10. in Hexaemeron; ubi postquam in singulis hominibus duos homines agnovit, & distinguit; unum, qui in conspectu est omnibus, foris homo, & corruptibilis; alterum, qui tectorio corporis istius, palam cognoscibili convelatus delitescit, & invisibilis est cordis homo, subjungit: Introclusum itaque hunc habemus, & arcantum hominem, deprehendimur hinc quadamtenus esse duplex, ac proinde id verum, quod in omnium versatur ore, intus sumus. Ego enim sum id, quod ad interiorem attinet; isthæc enim extrema, non ego, sed mea. Verè ille, ac solidè de interiori homine, quem totum intus latere, disertè docet, sub corporis tegumento delitescentem, & soli Deo manifestum. Cordis hic homo, verus homo est, ac verè perfectus, & à Deo in pretio, honore, & gloria habetur, & habendus à nobis est, excellentius & peroliendus.

871 Quærit ingeniosè S. Ambrosius in lib. de institut. Virg. c. 3. quid est, quod cum omnia opera sua sub exordio mundanæ fabricæ laudaverit Deus; cælitum, terram, mariam, noctem, diem, feras, bestias; ubi ad hominem ventum est, & primum ille apparuit conditus, laudatus ab effectore suo non sit? Respondet argutè in hunc modum: Quæ igitur causa est, nisi fortè ea, quia alia in specie sunt, homo in occulto? Aliorum gratia foris, huius intus est; aliorum in natiuitate, huius in corde. Ideo ergo homo non ante laudatur, quia non in forensi pelle, sed in interiori homine ante probandus, sic prædicandus est. Nihil certè in reliquis creaturis repereris laude dignum, nisi quod videtur; in homine nihil est inferius, quàm quod apparet. Perfectus noster homo totus interior est cordis homo, homo in occulto, corporis involuero tectus: ut noverit omnia bona sua occultare, recessus esse amatorem, & humani plausus contemptorem. Unum Deum habere studeat bonorum suorum spectatorem, & laudatorem; ut sicut Deus perfectum hominem occultavit, ita homo ipse seipsum, suaque occultare nitatur atque contendat. Ut enim in re

872 Univerfa Mosaici Tabernaculi gloria vilibus faccis, sive sagis cilicinis occultabatur, ut habes Exod. 26. 7. Facies & saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi. Quid hoc? Porro in tropologico sensu quilibet justus Tabernaculum Dei est, ut ibi observant sacri Interpretes. Hujus mystici Tabernaculi cilicinum velum, seu tegumentum, figmentum corporis est; quod intra se interiorem gloriam, hominem cordis occultat, ejusque gloriam soli Deo revelatam. Ruperti verba accipe ex lib. 4. in Exod. c. 10. Illam gloriam, quæ ab intus est, quam solus Rex Christus in filia Regis sponsa sua videt, textura hujusmodi significat, in eo maxime quod sagis cilicinis subtegenda est. In eo potissimum fiat interioris hominis gloria, quod interior sit, quod extrarius ipse inanem mundi gloriam non quærat. Vera est illa Providentiæ vox, viros probos apud Senecam lib. de Provid. cap. 6. sic affans: Non fulgetis extrinsecus, bona vestra intrinsecus obversa sunt. Verissimum illud Pauli 2. Corin. 1. 12. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Quasi dicat: Tota gloria nostra interna est in conscientie recessu. Ut enim Tullius Quæst. 2. Tusculan. Nullum theatrum virtuti conscientia majus. Et Tibullus lib. 4. Procul absti gloria vulgi: qui sapit, in tacito gaudeat ille fini. Mitto alia ex naturali Philosophia.

873 Huc spectant Sponsæ verba Cant. 1. 4. Nigra sum, sed formosa, sicut Tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Quasi dicat: Mea pulchritudo non apparet extrinsecus; tota occulta est intus. Extrinsecus minime cum hominibus spectabilis, nigrore similis Cedarenorum papilionibus. Intus cum Salomonis tentoris, quæ haud debè pretiosa, & elegantissima erant, de pulchritudine, & elegantia possum contendere: verè tentorium sum, intra me habens verum Salomonem, cui uni intus sum gloriosa, neque alium spectatorem, & laudatorem quæro, præter illum. Audiendus S. Bernardinus Ser. 25. in Cantica, ubi inter alia, hæc ad institutum nostrum: Omnis gloria sanctorum intus, non foris est, hoc est, non in flore sæni, aut in ore vulgi, sed in Domino. Unde & dicunt: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostræ; quod conscientia solus sit arbiter Deus; cui soli placere desiderant; & cui placere, sola vera, & summa gloria est. Non mediocri gloria illa, quæ intus est, in qua gloriari dignatur Dominus gloriæ, dicente David: Omnis gloria ejus filia Regis ab intus.

874 Hæc etsi ita habeant; ea nihilominus debet esse interioris hominis justitia, & sanctitas, ut illius plenitudo ab intus emanet in exteriori superficie; ab homine cordis in hominem corporis: eâ profus ratione, qua de pudicitia Christiana aiebat Tertullianus lib. de Cultu foemi. cap. 13. Pudicitia Christiana satis non est esse, verum & videri. Tanta enim debet esse plenitudo ejus, ut emanet ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem, ut & foris inspiciat quasi supellectilem suam.

Bona

simili scripsit Tertullianus lib. de velandis Virginitibus cap. 2. Præter quod à Deo, non ab hominibus captanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescendum est. Tantum abesse debet ut velimus bona nostra ostentare. Lege ibi alia, præsertim cap. 15. ubi de oculo hominum fascinante.

872 Univerfa Mosaici Tabernaculi gloria vilibus faccis, sive sagis cilicinis occultabatur, ut habes Exod. 26. 7. Facies & saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi. Quid hoc? Porro in tropologico sensu quilibet justus Tabernaculum Dei est, ut ibi observant sacri Interpretes. Hujus mystici Tabernaculi cilicinum velum, seu tegumentum, figmentum corporis est; quod intra se interiorem gloriam, hominem cordis occultat, ejusque gloriam soli Deo revelatam. Ruperti verba accipe ex lib. 4. in Exod. c. 10. Illam gloriam, quæ ab intus est, quam solus Rex Christus in filia Regis sponsa sua videt, textura hujusmodi significat, in eo maxime quod sagis cilicinis subtegenda est. In eo potissimum fiat interioris hominis gloria, quod interior sit, quod extrarius ipse inanem mundi gloriam non quærat. Vera est illa Providentiæ vox, viros probos apud Senecam lib. de Provid. cap. 6. sic affans: Non fulgetis extrinsecus, bona vestra intrinsecus obversa sunt. Verissimum illud Pauli 2. Corin. 1. 12. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Quasi dicat: Tota gloria nostra interna est in conscientie recessu. Ut enim Tullius Quæst. 2. Tusculan. Nullum theatrum virtuti conscientia majus. Et Tibullus lib. 4. Procul absti gloria vulgi: qui sapit, in tacito gaudeat ille fini. Mitto alia ex naturali Philosophia.

873 Huc spectant Sponsæ verba Cant. 1. 4. Nigra sum, sed formosa, sicut Tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Quasi dicat: Mea pulchritudo non apparet extrinsecus; tota occulta est intus. Extrinsecus minime cum hominibus spectabilis, nigrore similis Cedarenorum papilionibus. Intus cum Salomonis tentoris, quæ haud debè pretiosa, & elegantissima erant, de pulchritudine, & elegantia possum contendere: verè tentorium sum, intra me habens verum Salomonem, cui uni intus sum gloriosa, neque alium spectatorem, & laudatorem quæro, præter illum. Audiendus S. Bernardinus Ser. 25. in Cantica, ubi inter alia, hæc ad institutum nostrum: Omnis gloria sanctorum intus, non foris est, hoc est, non in flore sæni, aut in ore vulgi, sed in Domino. Unde & dicunt: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostræ; quod conscientia solus sit arbiter Deus; cui soli placere desiderant; & cui placere, sola vera, & summa gloria est. Non mediocri gloria illa, quæ intus est, in qua gloriari dignatur Dominus gloriæ, dicente David: Omnis gloria ejus filia Regis ab intus.

874 Hæc etsi ita habeant; ea nihilominus debet esse interioris hominis justitia, & sanctitas, ut illius plenitudo ab intus emanet in exteriori superficie; ab homine cordis in hominem corporis: eâ profus ratione, qua de pudicitia Christiana aiebat Tertullianus lib. de Cultu foemi. cap. 13. Pudicitia Christiana satis non est esse, verum & videri. Tanta enim debet esse plenitudo ejus, ut emanet ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem, ut & foris inspiciat quasi supellectilem suam.

Bona



Pf. 44. 14.

Bona quippe opera externa, modestia & compositio exterioris hominis, interioris supellex sunt. Hinc nova conciliatur lux illis verbis Pf. 44. 14. Omnis gloria eius sicut filia Regis ab intus in fimbriis aureis. Pars prior ad interiorum hominem spectat, posterior ad externam hominis speciem; in quam prodeat, ex plenitudine certa, interior illa gloria. Sic Sanctus Gregorius lib. 9. Moral. cap. 10. alias 9. qui externa opera fimbrias aureas interpretatur, quibus interior virtus ostenditur. Omnis gloria eius sicut filia Regis ab intus. Sed quia exteriora sua etiam irreprehensibilia custodit, iure de ea subdidit: In fimbriis aureis circumamicta varietatibus, ut & pulchra sibi intus, & aliis foris, & se provebens per internam gloriam, & alios erudiens per exteriora operum exempla. Et quidem recte; nam & has fimbrias aureas consuetudo, in hoc loco additas fuisse reor, ut quam Ecclesie sanctitatem interiorum esse assererat David, significaret & exterius prodire, & exterioribus signis sese prodere. Nam, ut Græcum proverbium scite monet: Ex fimbria telam omnem: quod usurpat Sanctus Nysseus in Orat. media de vita Sancti Gregorii miraculorum opificis: Ex fimbria telam iudico. Et Diogenianus centuria 5. Proverbiorum Græcorum, illis confert, E gustu cognoris: e fructu arborem; ex ungue leonem. Si quis igitur, Justorum sanctitatem, iterumque cordis hominem novisse velit, ex fimbriis aureis, id est, exterius operibus argumentum faxit.

S. Gregor.

Ex fimbria tela omnis. S. Nysse.

Diogeniat

Matt. 5. 16.

875 Hinc solida & pulchra duorum sacrorum testimoniorum conciliatio. Matthæi 5. 16. ita monet mundi Magister: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Deinde cap. 6. 1. subtextit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Quid hoc? Nunc opera bona commendat, quæ extrinsecus clareant omnium oculis; nunc eam debere esse nostram iustitiam adhortatur, ut nequaquam ab aliis videatur, tota manens in cordis recessu? Sibi ne contrarius est Christus Dominus? Nequaquam. Nam in priori testimonio particula, ut non causam, non finem, sed consequentiam significat. Non enim monet Christus eos propterea, ut eo sine bene operari, ut ab hominibus videantur (quod in posteriori testimonio fieri verat) sed tantam vult esse plenitudinem sanctitatis in luce designatam, ut emanet ab animo ad habitum, & superficiem, ut possit & debeat ab aliis videri, qui glorificent Patrem, qui in calis est. Quod sapienter observavit S. Augustinus in Catena Sancti Thomæ: Si tantum diceret: ut videant opera vestra bona; finem constituisse videretur in laudibus hominum, quas querunt hypocritæ, sed addidit: & glorificent Patrem vestrum, qui in calis est; ut hoc ipsum quod homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem constituat, sed referat ad laudem Dei; & propterea placeat hominibus, ut in illo glorificetur Deus.

S. August.

SECTIO XXIX.

Ex bono vel malo principio optima boni, vel mali eventus desumuntur conjectura: unde etiam Mariae immunitas comprobatur.

876 Nilhil sanè potius & antiquius Christo, ac Deiparæ, quam sanctum & divinum, ac proinde felicissimum suum prin-

cipium commendare, & demonstrare. Ego ex ore Altissimi prodvi, &c. Ut ex optimo hoc, gloriosissimoque principio, facile sit colligere, quam feliciter omnia successerint, quæ in decursu hujus capituli recensentur patranda ab ipsis. Porro autem quod ad principii atinet virtutem & potestatem, tantam eam esse sapientes viri prodiderunt, ut si bonum id sit, bonum item rei exitum futurum omnino decreverint. Docuit in primis Gregorius Theologus in priori Disticho Jambico lib. 2.

Coptis bonis bonum finem succedere, Negotiorum ritè monstrat exitus. Accinit Poëtica Philosophia. Sophoclis dictum recitat Plutarchus in lib. de audienda Poëtica.

Initia si bona cuique das negotio, Talem rei speres licebit exitum. Huc illa Pindari spectare in Hymno 6. Olympicorum, ab eruditissimis existimatur.

Incipientis autem operis frontem Oportet præstruere splendidam. Adde Aeoli prisci Poëtæ celebre apud Græcos proverbium: Mali principii malus finis.

877 Ad stipulatur universa Jurisprudencia cum Iustiniano Principe in Authentica principio, quomodo oporteat Episcopo, &c. ubi ita: Bene autem universa geruntur, & competenter si rei principium fuit decens, & amabile Deo.

E contra verò minime præsumendum, bono exitu perficienda quæ malo sunt inchoata principio, constat ex Canone Principatus 1. quæst. 1. & Canone Miramur, 61. D. Quæ sententia est Sancti Leonis in Epist. 87. ad Episc. Africanos: Difficile est, ut bono pergantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Itaque in quavis causa recurrendum ad principium esse, decernunt Doctores, quando ex illo finis ejus dependet. Nimirum cuiusque rei potissima pars principium est, ut ait Cajus I. C. lib. 1. ad legem XII. Tabularum, & extatque in lib. 1. ff. de Origine Juris. Multisque id Juribus confirmant Alciatus in Tractatu de Præsumptionibus, Regula 2. Præsumptione 32. & Menochius lib. 6. de Præsumptione. Præsumptione 17. cum Bartholo, Baldo, Castro, Everardo, & aliis Jurisconsultis. Vide legem Qui dotem ff. Qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur. & legem Damni infecti S. Sabini. ff. de damno infecto. & legem Si procuratorem, ff. de Mandati. Et legem Si quis in servitute, ff. de furtis. Ex quibus prædicta Jurisconsultorum sententia comprobatur, qui à bono, malovè principio totum successum rei inde pendentis metiendum esse pronuntiant. Ratio autem in universum ea esse potest; quia cum principium sit veluti radix, & origo totius rei; inde in rem ipsam tota redundet vel prohibitas, vel malitia, necesse sit quemadmodum ex radice arborem vivere, ex fonte fluvium emanare.

878 Inde divinus Plato in lib. 6. de legibus, Philo Alexandr. in lib. Quis rerum divinarum hæres sit, vetus Proverbium probant Principium dimidium totius. Quod Hesiodo tribuit Diogenianus Centuria 3. Proverb. Græcorum. Usurpantque Luciano in Hermotimo, & Horatius Epist. 2. lib. 1.

Dimidium facti qui bene cepit habet. Et Aufonius Epigram. 83.

Incipe, dimidium facti est cepisse, superstitum Dimidium, rursus hoc incipe, & efficies.

Neque

Probatur ex Jurisprudencia.

Probatur ratione.

Principium dimidium totius, imò potissimum. Horatius.

Aufoni.

Aristot. Cajus. Pl. to.

Aufon.

Senec.

Aristot. Difficillimum principium, & quia maximum, & quia minimum.

Acrior ac ferventior quivis esse solet, cum aliquid auspiciatur.

Nova sepe principia persuadenda, & repetenda.

S. Gregor.

S. Athanas.

S. Nazianz.

Neque dimidium tantum; maximum dixit esse principium Aristoteles lib. 1. Elenchorum c. 9. Adde & potissimum ex Caio Jurisconsulto supra memorato: Cuiusque rei potissima pars principium est. Annuit Plato in Dialog. 6. de legibus. Principium, ait, dimidium totius operis esse, proverbio dicitur; atque eum, qui bene cepit, omnes laudamus. Mibi autem plusquam dimidium esse videtur, rectumque principium nunquam satis ab alio laudatum fuisse. Imò principium totum cenet Aufonius in Eudyllo 12.

Incipe, quidquid agas, pro toto est prima operis pars. Nec dissimularim principium, cui tantum sapientes tot viri tribuerunt, difficile admodum ab eisdem existimari. Facilius (ait Seneca Epistola 101.) crescit dignitas, quam incipit. Aristoteles proximè adductam rationem reddit: Maximum fortasse principium omnium, ut dicitur, quare & difficillimum; quòd enim potestate validissimum, tantò mole minimum difficillimum prospectu est; eo autem comperto, facile est adicere, coarctateque reliqua. Perpende in una Philosophia rationem duas in speciem contrarias partes. Difficillimum ut esse principium, & quia maximum, & quia minimum est. Sed non sunt pugnantia. Mole minimum, virtute maximum dicit. Utrinque verò difficile, & ex parvitate & magnitudine. Ex molis quidem parvitate; quia cum minimum sit, vix percipi, vix persentiri, vix cerni potest; ac proinde facile mentem, manumque præterfugit. Ex virtutis verò magnitudine, quia quantà principium polleat, tantam vim adhiberi ab incipiente necesse est, ut contrariis superatis, securum, quietum, firmum statuat principium, quod reliquum opus efficacitate contineat.

879 Hæc principium tum dignitas, tum difficultas facit, ut qui rem quamvis auspiciatur, acris se se excitet, ac vehementius urgeat, ut difficultatem evincat, bonumque statuat principium. Inde Nazianzenus Oratio 2. Acrior, ac ferventior quivis esse solet, cum aliquid auspiciatur. Et Chrysostomus in Homil. de Humilitate. Nemo est quantumvis mortalium omnium tardissimus, atque ignavissimus, qui negotium aliquod suscepturus, eximium studium, ac diligentiam in primordiis non præ se ferat, animique alacritate adhuc fervente, viribusque recentibus, ad destinatum facile non tendat. Hinc perfectæ vitæ magistri tunc se magnum operæ pretium arbitrantur, si nova semper principia persuadeant, si à ferventissimis sanctæ vitæ primordiis rursus exordiantur. Inde Magnus Gregorius lib. 22. Moral. capite 4. Nescit, inquit, mens per torporem veterascere, quæ studet per desiderium semper inchoare. Hinc Psalmista, qui ad perfectionis jam culmen pervenerat, quasi inchoans dicebat; Dixi; nunc capi. Quia videlicet nisi lassescere ab inchoatis volumus, valde necesse est, ut inchoare nos quotidie credamus. Celebris moribundi Antonii ea vox extat, quam in ejus vita refert Athanasius: Hoc sit cunctis primum in communi mandatum, nullum in arrepti propositi rigore lassescere, sed quasi incipientem semper augere, quod cepit. Neque minus illa Barlaami apud Damascenium in Historia cap. 39. Eundem diem tibi vitæ Monastica tum initium, tum finem esse existima. Nimirum, uti graviter Nazianzenus proximè memoratus scribit,

quia acrior ac ferventior quivis esse solet, cum aliquid auspiciatur.

880 Hinc etiam Theologi, boni cuiusque humani operis probum principium a Deo auctore proficisci docent; atque id Theologicum quidem dogma ex illo veru 11. Pfalmsi 76. Et dixi; nunc capi: hæc mutatio dextera Excelsi, adstruunt Sanctus Augustinus lib. 2. contra duas Epist. Pelagianorum cap. 10. & Sanctus Fulgentius lib. de Incarnat. & gratia Christi cap. 29. Sanctus Hieronymus lib. 2. adversus Pelagianos cap. 7. Sanctus Nazianzenus Orat. 43. in novam Dominicam, Sanctus Bernardus Epist. 109. illustri Gaufrido, & sociis: & Concilium Arausicanum 2. Canone 15. Tanta enim est boni principii dignitas, & difficultas, ut non nisi Deo auctori deferri debeat, quòd superatis contrariis, bonum statuamus principium. Propterea rerum omnium opifex Deus, omnium rerum optima quæque principia, tanquam sibi debita symbolice poposcit, dum primitias sacras esse voluit, divinoque cultui addidit. Quod iterum ac sapius per Moysem in lege præscripsit: Exod. 23. vers. 16. Levit. 2. vers. 14. & cap. 23. 17. Numer. 15. 19. & cap. 18. 12. Deuteronom. 18. vers. 4. Proverbiorum 3. vers. 10. & Ezech. 44. vers. 30. Rationem prudens explicuit Philo Alexand. lib. de sacrificiis Abelis, & Caini. Iustum enim est, motus animæ primos vel suæ vi, vel ordine, Deo dicari, auctorem eum constituendo. Et in libro, Quis rerum divinarum hæres sit, post multa, concludit: Merito igitur in sacris Eloquiis Primitiæ Deo dedicantur rerum Principi. Pergit eandem causam reddens divinæ alterius legis de Primogenitis Deo offerendis, quæ extat Exod. 13. vers. 2. & alibi non semel. Vide Sanctum Ambrosium lib. 2. de Abel, & Cain, inde hujus sacrificium rejectum esse explicantem; Quia ante omnia debuit Deo offerre primitias, ut à gratia inchoaret auctoris.

881 Sed quorsum hæc, inquis, tam longè repetita principio? Opportunè omnia conquisita; ut cognoscamus quam bona & legitima boni eventus desumatur conjectura ex bono principio. Cum enim dimidium facti, imò maximum, imò potissimum, imò totum, ac proinde difficillimum sit ipsum principium, necesse omnino erit, ut quæ bono inchoantur principio, bono peragantur exitu. Etenim hanc felicitis principii dignitatem mirum in modum provexit divinus Pfaltes, dum in Pfal. 109. Patrem æternum cum Filio agentem inducit, atque sic agentem vers. 3. Tecum principium in die virtutis tuæ in spendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. Faustum Filii principium generationi adscribit, aut æternæ, aut temporali. Si æternæ adscribatur, ex multorum Patrum mente, sic exponas: Tecum principium, perfectissimum & felicissimum. Hebraicè est, tecum principatus. Non evariat sensum; nam hoc ipsum vocat Regis principium, divinum imperandi jus; quòd enim talis existat, ac tantus Princeps, ab hoc habet auspiciatissimo principio. In die virtutis tuæ. Alii aliter hunc diem interpretantur; ego quemlibet intelligo, in quo divinum Verbum, exerta virtute, ac fortitudine adversus hostes, se summum orbis Imperatorem ostendit. In splendoribus sanctorum Chaldaeus, in splendoribus sanctitatis. Sensus est: Faustum

Boni operis principium semper à Deo est. Pf. 76. 14.

Ideo primitias deposcit sacras, & animi motus primos.

Philo Alex.

S. Ambros.

Et verum à tanto tanto principium, ac Pfal. 109. 3.